



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Corpus Juris Canonici**

**Gregor <XIII., Papst>**

**Coloniae Munatianæ, 1665**

XXVIII. De Peculio Clericorum, Relictis, & Successionibus eorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

*Precarium solvitur ad beneficium concedenti: sicut precaria, nisi sit rationabilis. h. d.*

**D**icitur autem precarium à precaria: qui precarium a tantum conceditur, quoad is, qui concessit, patitur: Precaria vero non sunt pro voluntate concedentium revocandæ, nisi sint irrationabiles: quo casu poterit successor à prædecessore concessam precariam rescindere & revocare.

*Rura, prædia multa, & sylva extirpata possunt sub annuo censu concedi in emphyteusim, & si per biennium in solutione census cessatum fuerit, poterit emphyteuta expelli. h. d.*

**R**ura quoque quas Ecclesia rescire non valet, & inculta prædia, ut extirpare sylva, in emphyteusim sub annuo censu his concedi poterunt, à quibus, vel suo, vel parentum b suorum labore constiterit extirpatas, nisi forte possint aliis ad majorem Ecclesie utilitatem cum eodem onere conferri. Qui e tamen si per biennium in solutione Canonis cessaverint, nisi celeri satisfactione postmodum sibi consulere studuerint, jure expelli poterunt: nec quicquam eis proderit, quod ut Canonem solverent, sibi nunciatum non fuit, cum hoc casu præfixus dies pro domino interpellet.

*Terrulas incommodas, & minus utiles, item servi fugitivos poterit prælatus alienare. h. d.*

**T**errulas d quoque aut vineolas exiguas, & Ecclesie minus utiles, aut longè positas, vel domos, quæ Ecclesie plus incommodi quam utilitatis afferunt, si necessitas fuerit, distrahendi potestatem Episcopus habebit. Simili ratione fugitivos servos, & qui de fuga revocati, retineri non possunt, si voluerint, aut illi ex alio meruerint, Episcopis distrahendi potestas erit.

*Feudum à vasallo alienatum, & difficultè recuperandum, poterit Episcopus alteri sub conditione recuperandi concedere. h. d.*

**S**ed & in feudum & certis casibus, & jurejurando de non alienando minime obstante, res Ecclesiasticas concedere poterit, veluti si feudum per vasallum alienatum fuerit, & per Episcopum id facile recuperari non valeat: poterit eum per Episcopum illud alicui concedi, qui & ipsum recuperet, & in feudum ab Ecclesia recognoscat.

*Feudum devolutum poterit per Episcopum alteri concedi. hoc dicit.*

**Q**uoniam si etiam talis necessitas non imminet nihilominus alienantis filium, vel consanguineum, vel ejusdem feudi consorem poterit Episcopus investire. Idem erit, si per obitum vasalli feudum ad Ecclesiam remeaverit: nam & eo casu investire prælatus alium libere poterit, si Ecclesia viderit expedire.

*Qui aliquid contulerunt, vel acquisiverunt Ecclesie, possunt pro modo collati, vel acquisiti manumittere, dum tamen manumissus cum posteritate & peculo remaneat in patrimonio Ecclesie. h. d.*

**I**ud etiam Toletano Concilio g diffinitum reperitur, quod si sacerdotes aliquid Ecclesie suæ relinquunt, vel nihil habentes, aliqua prædia, vel familias Ecclesiis suis acquirunt, liceat eisdem aliquos juxta collatæ modum rei de familia ejusdem Ecclesie manumittere, ita ut manumissi cum peculio & posteritate sua sub Ecclesia remaneant patrocinio. Quod si qui nihil de proprio h Ecclesie contulerunt, libertati servos Ecclesie donare ausi fuerint, ex eodem Concilio Episcopus successor ad Ecclesiam jus revocare poterit. Impium est enim, ut qui lucrum de rebus suis Ecclesie non contulit, damnum inferre valeat.

*Præcipue poterit rem suam aequalem, vel majorem cum Ecclesiastica permutare: & servus Ecclesiasticus, si frangi sint, præterquam ad libertatem, commutari non possunt. h. d.*

a C. fin. ext. de prec. b Cad. auzes. ext. co. c C. fin. extr. loca. d C. terrulas. 12. q. 2. e C. 2. ext. de feud. f C. p. ext. de feud. g C. consensus. ext. cod. h C. Episcopi. ext. co. tit.

**S**ed & Princeps, si causa probabilis id poposcit, cum te Ecclesiastica & immobili, rem suam majorem, vel aequalem permutare poterit, pragmatica super hoc præcedente forma: Ecclesiastica tamen mancipia que frangi fuerint, præterquam ad libertatem, commutari non poterunt.

*Episcopus poterit permutare terras duarum Ecclesiarum sui diocesis, illarum accedente consensu: & de temporalibus ad spiritualia non poterit fieri permutatio. h. d.*

**E**piscopus quoque duarum suæ diocesis Ecclesiarum terras, invicem ambarum a partium accedente consensu, permutare poterit, & si alterius partis prædium valore præponderet, ad æqualitatem inducendam ab altera parte pecuniam refundi jubebit b. De temporalibus autem ad spiritualia permutatio jure consistere non potest. c

*Res ecclesiastica poterit propter præscriptionem legitimam à Ecclesia abdicari, & detrahi. h. d.*

**P**raterea & si quis per tempora sacris Canonibus definita rem Ecclesiasticam iusto titulo & bona fide in possessione, ut nullo tempore rei conscientiam habere aliena, completa præscriptione, res possessa à iudice Ecclesie dubio procul intelligitur esse avocata.

*Decima & oblationes præscriptæ non possunt. h. d.*

**P**roventus tamen primitiarum & decimarum præscriptione tolli non poterunt, etiam si à Romano Pontifice laicus quilibet super his rescriptum impetraverit.

DE PECVLIO CLERICORVM, RELICTIS ET SUCCESSIONIBUS EORVM.

TITVLVS XXVIII.

*Ecclesiastica reputantur etiam res illæ, quæ sacerdoti necessarium tempore suæ promotionis nihil haberet: qui sub panis viæ contenta curabit, ut de rebus à se emptis ad nomen Ecclesie scripturas conficiat. h. d.*

**E**rgo res Ecclesiasticas ab Ecclesia iuribus abdicare non licet: Ecclesiasticas autem res intelligimus non modo quas Ecclesia rationibus sacerdotum composuit ascriptas, sed etiam eas, quas is emerit, cum tempore suæ promotionis nihil haberet. Cùm igitur, & hoc quæquam de bonis Ecclesie quaerita ejusdem esse intelliguntur, ne quando Jus Ecclesiasticum immutatur, curabit sacerdos, ut de his, quæ superemerit, & ad ipsam Ecclesiam nomen scripturam d conficiat, & Ecclesie reliquatur. alioqui ab ejus ordinatione discedet. Qui vero præterquam proprii e, vel alieni nominis fraudem facere voluerit, hæcilegiu crimen incurret.

*Relictum sacerdoti pro anima, & curæ subdum Ecclesie factus est, si quid ei sit relictum sub non legitimo. h. d.*

**S**ed & si non emerit, sed pro anima quæpiam intuitu Ecclesie sacerdoti reliquerit, adhuc eadem statuerendum erit. Congruit enim, ut quemadmodum sacerdos habet, quod relinquatur sacerdoti. Si quid tamen per fideicommissum, aut sacerdoti, aut Ecclesie relictum fuerit, alteri postmodum profuturum, id inter Ecclesiasticas facultates computandum non erit.

*Bona quaerita sacerdotibus intuitu Ecclesie, debent remanere apud Ecclesiam, nec de his poterit quæ cessare: & quæ communi nomine Ecclesie. h. d.*

**G**eneraliter s igitur bona quaerita ob Ecclesiam quaerita sacerdotibus, sive mobilia, sive immobilia, post illorum obitum debent apud eandem remanere, nec de illorum obitu de iure testamentum fieri poterit. Notandum autem Ecclesie ubi clericorum est collegium, non Episcopus, vel morientis clerici successor, sed congregatio communis intelligitur, quæ rerum illarum curam & Co-

a Ca. 1. ext. cod. tit. b Cad. quæstus. ext. de ver. person. c C. fin. de ver. person. d C. 1. ext. cod. e Cap. paul. ext. cod. f C. relatum, vel secundum ext. de iust. NOVITIA



notiam debet habere distributionem. Vbi autem in locum defuncti unus tantum substituendus erit, is ea bona, velut & alia, dispensabit.

Clerici possunt maxime accedere iusta causa de bonis Ecclesiasticis facere elemosynam. h. d.

Item si tantum de proprio Juris facultate contulerit Ecclesie, quantum de Ecclesiasticis bonis legaverit, legatum sustinebitur.

Clerici possunt testari de his, que acquisiverunt non intuitu Ecclesie. h. d.

Item si tantum de proprio Juris facultate contulerit Ecclesie, quantum de Ecclesiasticis bonis legaverit, legatum sustinebitur.

Clerici possunt testari de his, que acquisiverunt non intuitu Ecclesie. h. d.

De his vero &, que aut paternae successionis, vel cognationis intuitu, seu consanguineorum, vel ami-

corum munere, respectu non habito ad Ecclesiam, ad clericos pervenerint, liberè testari poterunt.

Clerico ingenio deficientibus successoribus ab intestato succedit intotum Ecclesia. h. d.

Quod si decesserint intestati, nec aliqui fuerint inventi, qui jure cognationis ipsis succedere valeant, si ingenio gaudeant natalibus, in integrum tunc Ecclesia succedet, nec suiquam ex rebus eorum aliquid presumere licebit.

Bona servò promoti ad sacros ordines ab intestato decedenti dividuntur in quatuor partes, ut hic. h. d.

Siverò servus a ad sacros ordines promotus, libertatem nactus fuerit, idemque postea accesserit intestatus, nihil olim dominus de bonis ejus vindicare poterit, sed ejus peculium in quatuor partes dividetur, quarum una Episcopo, altera Ecclesie, tertia pauperibus assignabitur, quarta parentibus: & si non sint capaces parentes, Episcopus eam recipiet, & in usum Ecclesie diligenter distribuet.

Can. 2. extr. de success. ab intest.

Ca. alibi. ext. de test. b. C. quia mo. ext. de test.

FINIS LIBRI SECUNDI



INSTITUTIONUM JURIS CANONICI, LIBER TERTIUS. DE JUDICIIS, ET ILLORUM DIVISIONE. TITULUS PRIMUS.

Quid sit judicium, & quid causa. hoc dicit.

STAT, ut videamus de judiciis. Potest autem judicium ita describi. IUDICIUM est discussio causæ, que ritè fit in foro coram iudice: CAUSA vero est origo negotii, & materia judicii.

Qua sint judicia secularia, & quæ Ecclesiastica. h. d.

Symma divisio judiciorum hæc est, quod aut sunt secularia, aut Ecclesiastica. Judicia secularia sunt, que coram iudice laico inter personas seculares exercentur. Ecclesiastica vero sunt, que coram iudice Ecclesiastico inter personas Ecclesiasticas agitantur. Duo enim sunt, quibus principaliter orbis regitur. a. Autoritas sacra Pontificum, & Imperialis ac regia potestas. Unde sicut civilium legum non nisi civilis esse debet executor: ita etiã Ecclesiasticarum Ecclesiasticus Iudex est administrator.

Laicus a laico coram seculari iudice conveniri debet, nisi causa sit spiritualis vel similis: & litera impetrata ad iudicem Ecclesiasticum non tenent. h. d.

Ca. sollicit. extr. de majori, & obe.

Laicus a ergo a laico coram iudice seculari, non a tatem Ecclesiastico conveniendus erit: quod usque ad eò obtinet, ut etiam si alteruter litigantium ab Apostolica sede literas ad Ecclesiasticum iudicem impetraverit, irritæ sint & inanes. Si tamen causa sit hujusmodi, que ad Ecclesiasticum forum pertineat, qualis est matrimonii, usurarum, perjurii, & similes, licet inter laicos disceptatio sit, Iudex Ecclesiasticus adeundus erit. Idem juris est, si vel a seculari iudice justitia impetrari non potest, vel consuetudo loci, vel miserabilitas personarum Ecclesiasticum iudicem compellendum suadeat.

Clerici habent privilegium, ne coram iudice laico conveniri valeant, cui non potest ullo pacto renunciari. In iudicem tamen Ecclesiasticum non suam possunt consentire, accedente consensu diocesani. h. d.

Pari b ratione tam Milevitanensi, quam Carthaginensi Concilio constitutum est, ne clerici clericos relicto suo Pontifice, ad publica judicia, sub pena depositionis & amissionis propriorum jurium pertrahant: cui

Can. licet. & ca. seq. ext. de foro compet. b. C. si. d. leg. ex. de foro compas.